

Celio Calcagnini

Secta Coelii

Ne vos terrificae paveatis somnia mortis
vana canisque tribus pandens latratibus ora!
Ne sit causa metus vobis nutusque deorum
difficiles, nec fausta satis sua numina dantes
et simulachra sonis non respondentia vestris, 5
Lethaeaeque domus magnis ne pectora curis
vestra agitent atque umbrae, quas volitare per auras
dicitis infestare suo ac vestra ora volatu
saepius horrificam fingentes murmure vocem!¹
Vana superstitio divos vocitare potentes: 10
ne vos decipiant et fulmina missa per ethram!²

¹ Cfr. LUCREZIO, I, 102-135; III, 37-40; VIRGILIO, *Georg.* II, 490-492 e OVIDIO, *Metam.* XV, 153-157; ma cfr. anche PACIFICO MASSIMI, *Hecatelegium*, cit., c. d6v: "Non est hic sapiens, superos qui cogitat ullos. / Esse deos vatum fabula vana fuit"; e c. e6v: "Nil ultra extincti sentimus: concidit una / spiritus et mors est omnibus una rogas. / Inferum superumve locum post fata manere / umbras insane credere mentis erit".

² Questo era un problema che imbarazzava la teodicea antica ed era, naturalmente, anche uno degli argomenti dei miscredenti: se il fulmine è una punizione celeste per i malvagi, come mai esso colpisce anche gli edifici religiosi (cfr. ARISTOFANE, *Nubes* 401; LUCREZIO, II, 1101-1102; VI, 417-420) o gli innocenti (cfr. LUCREZIO, II, 1104-1105; VI 390-395; LUCANO, II, 1103-1104 e VII 445-451)? O non sono forse i fulmini dei puri fenomeni naturali privi di intenti di castigo (cfr. LUCREZIO, VI, 379-422 e CICERONE, *De div.* II, 44-45)? Da ricordare, a questo proposito, la testimonianza tardoquattrocentesca, conosciuta anche da Leonardo da Vinci, in LUCA PULCI, *Pistole*, in *Ciriffo Calvaneo di Luca Pulci Gentil'huomo Fiorentino. Con la Giostra del Magnifico Lorenzo de' Medici insieme con le Epistole composte dal medesimo Pulci*, Firenze, Giunti, 1572, cc. E4v-F1r: il discorso "naturalistico" del Ciclope miscredente che schernisce la religiosità di Galatea ricordandole che i fulmini non sono di origine divina, ma che anch'essi, giusta la dottrina peripatetica (ARISTOTELE, *Meteor.* II, 9 369a 10-370a 33), nascono dalla terra: "Se Giove, il vostro idio, è grande, tiriti, / come portorno in aria l'aqua i nugoli, / in celo, ove voi dite è tanti spiriti / [...] Chi crede altro del mondo non ha termini, / ma se gli dii in celo eterni fussino, / no' saremo a rispetto lor vil vermini. / O Galatea i tuon grandi, che bussano, / le folgori e baleni in terra nascono / e portate da' venti errore indussono".

Celio Calcagnini *Secta Coelii*

Ingenio maiora cano, nimis ardua posco
 scandere Pegasei qui summa cacumina montis.
 Phoebe parèns lucis, tu noctis et arbitra Luna,
 vosque, o ducentes hominum genus, astra, planetae; 15
 tu, Fortuna, fave et Casus, quis concta reguntur.
 Haurite iam propius, canimus quae carmina vobis,
 o homines, arcana quidem sed vera relatu,
 haurite, ne semper teneat timor improbus iste
 pectora vestra metu et nimia formidine pressa. 20
 Principium mundo Christi dant dogma sequentes,
 quem struxisse putant simulato nomine Iesum
 ex nihilo: illius nam tanta potentia fertur.
 Ast tu vera, Plato, iam dudum, summe, canebas,
 qui memoras: "Alii esse deos, sed inique, negarunt, 25
 ast alii perverse colunt, quos esse fatentur".³
 Nec procul hinc exempla petas, quae prompta videntur:
 ecce sacerdotes Latii, qui nempe fatentur
 esse deum, cui summa hominum est coelique potestas,
 sed perverse colunt hunc, quem non esse negarunt, 30
 quemque hominem dicunt, cui nomina ficta dederunt.
 Ut memorant, caelum, terram atque is astra creavit,
 materia caruisse volunt, sed sola potestas
 id fecit, quae summa fuit: quo stultius ullum
 non fuit auditum; non est temerarius usquam, 35
 talia verba suo qui insano ferret ab ore.
 Haec recitant, haec tanquam vera canuntque puellis
 ac ut sancta docent pueros propriosque nepotes.
 Et neque difficile est quod talia dicta refellas,
 quae sibi fingentes credunt simul atque reprobant. 40
 Mente probant equidem; si veritatis oportet
 indagare modum, cogentur dicere contra.
 Non opus esse deo referunt nec ligna nec ullum
 adiutoris opus: sublimis sola potestas
 per se cuncta potest. Eadem nos credimus, ymmo 45
 nec secus ille Plato sanctus sua dicta doceret,
 quis...

³ Non è una citazione precisa di Platone, ma è il succo del decimo libro delle *Leggi*.